

**Bona nova. In novam et  
solennem introductionem,  
cum vir reverendus &  
claris...**

*1 Ic 1649 Hartman, Samuel*



National Library  
of Sweden

BONA NOVA:  
IN NOVAM ET SOLEMNEM  
Introductionem,

CUM

*Vir Reverendus & Clarissimus,*

DN. M. SAMUEL  
G. HARTMAN

*Helsingforsâ Nylandus,*

Scho'æ, quæ Aboæ est, Regiæ ha-  
ctenus Rector, Solertissimus, Eloquentiæ Professor in  
celeberrimâ hac CHRISTINEA Academiâ,  
â S. R. M. te Confirmatus, ad omnium  
votum, Solenniter inauguraretur,

Ibid. December. Anni

M DC XL IX;

*Felicis in novo munere Successus & fausti ominis ergo, â disci-  
pulis & conterraneis Scripta & latè missa.*

A B O Æ.

Imprimebat Petrus Wald / Acad. Typ. Anno 1649.



1649

Handwritten text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

BONA NOVA:  
IN NOVAM ET SOLEMNIEM  
Introductionem

CUM  
N. R. ...

DN. M. SAMUEL  
G. HARTMAN  
Helsingfors Nylandus

Scholesque Abolens, Regis ha-  
Sanae Rectoris sollicitissimus, et prudentis Professor in  
celeberrima hac CHRISTINAE ACADEMIA  
S. A. M. Contractus ad ordinem  
votum, solenniter inauguratus  
Ibid. Decembris Anno  
M DC XL IX.

Fidei in hoc munere successus et prospera omnia ergo et  
fidei et contentum in regis et hinc missa.

A B O R.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.



Quinq; talenta olim dederas mihi, clare Magister.  
Aonidum ex opibus: super hæc sum quinq; lucras  
Postulat ergò ius tanto ut de fœnore reddam.  
Usuram. Sed adhuc forsitan restat capitale?  
Usuras quoniam damnatas scimus ad orcum;  
Præcipuè inter Christicolas & Religionis  
Concives. Numerabo igitur quid de capitali  
Restat? Certe plus restat quam solvere possum.  
Ergò rogo feri unquam si dilatio possit.  
Quando dives ero summam cum fœnore solvem.  
Usuram puto tam licitam permittere leges,  
Eti nunquam alibi: certe hic concedere oportet.  
Usuras licitas. Alias damnabimus orco.  
Sis patiens mecum, dum fert occasio; plura  
Ter solvam, opitulante Deo, si plura lucrabor.  
In erea eloqui tua perge locare talenta.  
Huic duo quatuor huic, illi tria, deniq; quinque.  
Omnes hi tandem solvent cum fœnore totum.  
Et patria, atq; tibi. Christus cum venerit, inquit,  
Gaudia lo intrabis mea nunc, serve euge fidelis!

*Ex tanto debito, tantillum  
hac vice persolvit.*

ERICUS J. JUSTANDER,

**U**t tener es, cura gnatus, grandi q; parenti:  
Discipulos Martini sic foret: ecce patet:

Non multos nostrum teneros, vigil, ipse docebat?  
Sufficit hoc quid, ei? nonne Professor erit?  
Hoc meruit virtus, pietas, doctrina, fidesq;  
Ac probitas, quæ sunt, en! Satis eximia.  
Præceptor Salve, Salve Collega Lycei,  
Te jubeat faustum, qui regit astra DEUS:  
Te jubeat faustum, scandis dum pulpita nostra:  
Dum trabis has auras, te regat, Omnipotens:  
Ducat ad æterni sperata palatia cæli  
Tandem, dantur ubi præmia magna bonis,

Hoc grati animi signum Præceptori,  
piè & æternum colendo gratula-  
bundus, & prosperrima quæq; ad  
precans, addebat

ERICUS A. LUCANDER.



NON aurem duro patulam Deus obice claudit:  
Exonerat calidis dum, SAMUEL æthera vo-  
Sic omen nomen seris vult tradere seclis. (tis.  
Et cupit altisophis peplis intexere Doctum.  
Hinc precor ut maneat, patrij, celebrisq; Lycei  
Fama per ampla, decus magnum, Venerande Pro-  
Salveto patriæ lumen, Charitûq; propago; (fessor  
Incolumis nobis, Patriæq; Deoq; vigeto;  
Et

Et nostris fautor studijs succurrere amande.

*Nomini honoris, Praclariss. Professoris, Sympatriota devenerandi, ita gratulabundus suadâ alludit debili*

JOHANNES S. FORSENIUS  
Nylandus<sup>2</sup>.



**F**ruclum haud exiguum dum virgea scepra tenebas  
Contuleras; Patriæ decus ac præclare Magister.  
Incipis Aoniæ dux Evax! esse juventa,  
Fucunda & animis infundere dogmata doctis:  
Fructibus & fructus semper superaddere pergis.  
Luce Professorum splendens fautor bone Salve!  
Comprobat eloquium satis hoc te munere dignum.  
Magnamq; hanc SAMUEL spartam quam nactus es  
Nomen ut aeternum maneat te & fulgeat inde. (ornae

Id ipsum Dn. Praeceptoris suo ut quondam,  
ita & nunc fidelissimo, Fautori &  
Promotori jugiter colendo, calamo  
licet tenui, animo tn. hilari in exoptatissimum introductionis actum,  
reverenter accinebat

GABRIEL G. THAUVONIUS.

**S**ALVUS sis Hartman/ Neolandica gloria salve!  
**A**ntea ut eximius fueras, Praeceptor amande,

A 3

Mul-

Multo nunc magis eximio hoc clarescis honore.  
Ut nov' est honor hic: Sic te nova fama manebit:  
Et patriæ Terræq; Novæ, nova gloria gentis.  
Laude nova insignis Salve Præclare Professor!  
Gloria musarum nostrarum denuo Salve!  
Elouij polles donis; svadæq; medullâ  
Omnimodâ. Cicero meritò tu diceris alter.  
Rus patriæ emisit puerum; sed Teutona terra  
Gratum mularum famulum, virtutibus auxit:  
Inq; suâ lingvâ instruxit meritò esse putares  
Ipsum Germanû, quare hunc Germania amavit  
Hart Mañum atq; virum fecit, meritumq; remi-  
Ad Salæ musas, ubi doctæ munera mentis (sic  
Rettulit, & generoso animo docuit Generosos.  
Tandem Salanæ musæ mittunt benè Aboam;  
Mercedē ut capiat, meritosq; reportet honores.  
Atq; ubi sic varias Phœbi gustaverat undas,  
Nact' honores est, nomen, titulumq; Magistri:  
Nuncq; Professoris titulum. Sis faustus in  
œvum!

*Innovas, novi Professoris, Præ-  
ceptoris, Patriotæq; reverentèr  
colendi, honores, latâ sed tenui  
fudit minervâ*

HENRICUS S. SIUNDOENSIS  
Nylandus.

Chris

CHRISTINA AVGVSTA SVLIT PAZ INCLITA  
CVNCTO

IMPERIO; Vigeat festa, qVIeta, preCor!  
Scilicet auspiciū felix Præclare Professor  
Est hoc; quo munus suscipis hocce novum  
Augurium ratio est, meritam cessisse laboris  
Mercedem: quos Te sustinuisse reor  
Teutonicos etenim testor; Patriosq; penates:  
Hiq; dabunt victas, in mea dicta manus:  
Isti, multa tulit, diecent, sudavit S alsit  
Est fluctus passus, frigora, penè necem  
Ast ubi natales doctus remearit ad agros;  
Fructus his dulces contulit ille satis:  
Pieriaque domus doctor, Rectorq; Aboënsis,  
Vota ad multorum, sitq; choragus item  
Hoc duo lustra vigil functus jam munere: major  
Surgit honos, meritum consequiturq; virum  
Docta Professorum, regio nam pulpita nutu  
Ascendit. Gaudet Svada decoratuo  
Adventu: Musa gratulantur, fontis alumni  
Aonidum plaudent! talia dicta sonant:  
Ejus in ore lepos blandus, facundaq; Pithos  
Et facit arguto verba diserta sono,

Tul-

Tullius & Naso, Cato, Virgiliusq; Catullus,  
Quicquid habent; hujus docta camœna tenet  
Hinc etiam spectant oculi te mille loquentem;  
Ferreæ ceu lingua flumine corda domas.  
Ergo bonis avibus, laudem titulosq; celebres,  
Suscipe Mæcenas, fautor amande, precor.  
Vive diu patrij sis gloria magna Lycei:  
Discipulisq; tuis prospice: Vive Diu!

Ità faustò Præceptoris venerandi ho-  
nori, supplice & tenui applaudebam  
venâ

MARTINUS Æ, MILTOPOEUS  
Abœnsis.

